circa eam meditatõe versari · Nun quid enim mercenarium eum quis estimet · qui paterne inhiat hereditati: eamq; toto affectu expetit et exspectat? Nua nimirum filij merces esse nõ mercenarij · Apparebit te statẽ. Cũ dederit inquit dilectis suis somnuz ecce hereditas dominj: filij merces fructus ventris. Inuenitur tamẽ alter gradus sublimior · et affectus dignior: isto: cũ pmtus castificato corde nihil aliud desiderat aia nihil aliud a deo querit q̃ ipsũ deũ Crebro siquidem didicit experimẽto · quoniam bonus dominus sperãtibo in se · anime querẽti ipsũ: ita vt iam ex affectu cordis atq; ex sentẽtia clamet illud de psalmo · Quid enim mihi est in celo: et a te quid voluj super terrã? Defecit caro mea et cor meũ: deus cordis mei et ps mea deus in eternũ · Neq; enim fuuz aliquid · non felicitatem nõ gloriã nõ aliud quicq; tanq; priuato fuj ipsius amore desiderat aia que eiusmodi est · ꝑ tota pgit in deum: vnicunq; ei ac perfectum desideriuz est · vt introducat eum rex in cubiculũ suũ vt ipse adhereat · ipso fruat: vnde et iugiter reuelata facie quoad potest celestis sponsi gloriam speculando in eandem ymaginem transformatur de claritate in claritatẽ · tãq; a domini spũ. Ex hoc plane audire meretur: tota pulchra es amica mea. Audet ipsa loqui: dilectus meus mihi: et ego illi · Atq; in hmõi felicissima ziocũdissima ofabulatione delectat gloriosa cũ sponso.

De verbis psalmi · audiã q̃d loquatur in me dñs deus.

Nuisibilia dei apostolo teste · a creatura mũdi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Et est velut cõmunis quidaz liber et cathena alligatus vt assolet sensibilis mundus iste: vt in eo sapiẽtiã dei legat quicunqz voluerit. Erit tamen cum celum plicabitur sicut liber · in quovtiqz deinceps legere habeat necesse · quoniam erũt omnes docibiles dei: et quemadmoduz creatura celi sic et creatura mundi · iam non per speculum et in enigmate · sed facie ad faciem deum videbit: et sapientiam eius ad liquidum contemplabitur in seipsa. Interim vero opus habet humana anima velut quodaz vehiculo creature · vt ad cognitionem creatoris assurgat: cum ecõtra lõge beatius · perfectiusq; ãgelica natura in creatore noticiã habet creature: ad quam nimirum excellẽtiã · licet ad modicum rapta fuisse videtur anima illa beata · que collectuz subvno solis radio mundum vniuersum conspexit: de quo miraculo beatus papa gregorius in libro dialogorum scribens · videnti inquit creatorem angusta est omnis creatura. Felices proinde qui satianẽ ex adipe frumẽti · nec opus habent fugere mel de petra · oleumq; de saxo durissimo: qui videlicz inuisibilia dei non in visibilibus rimando perquirunt sed in seipsis ad liquidum intellecta conspiciũt. Verũ vt iam diximus angelice felicitatis illud est: non fragilitatis humane. Nueramus igitur per ea saltez que facta sunt intellectum inuisibilium dei: q̃ si in ceteris creaturis intellecta conspicit anima: necesse est vt lõge amplius ospiciat ꝛ intelligat multo subtilius in ea creatura q̃ facta est ad

ꝑ magꝝ̃ creatoris: lꝫ̃ est in se ipsa. ¶Nullus deo vicinior gradus · inter oēs que sub sole habitāt creaturas q̃z anima humana vt merito ꝓphēta dicat ad ipsum · Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit · ¶Et post pauca · ibunt inquit de virtute in virtutē: videbitur deus deorū in syon · Propterea incessanter oramus vos fratres vt ambuletis vias cordis · ⁊ sit anima vestra in manibꝰ vestris semper: vt audiatis quid loquatur in vobis deus: quoniā loquetur pacem · Cuibꝰ loquit̄ pacez? Vtiq; in plebem suaz ⁊ in sanctos suos. Que est plebs · aut qui sunt sancti? ¶Ipsi nimirū · qui cōuertunt̄ ad cor · ¶Nos autē in hijs verbis tria solemus intelligere hoīm genera quibꝰ solus deus loquitur pacē ficut et ꝓphēta alius tres tantum preuidit saluandos · noe danielem et iob contrario quidem ordine sed eosdem ordines exprimēs · contemētium scz prelatorumq; et cōiugatorū: si tamen otinentes a carnalibus illecebris · ad ea que cordis sūt · id est ad spiritualia desideria conuertant̄ · vnde ⁊ daniel vir desideriorū ab angelo noiatur: et ꝑlati ꝑesse magis studeāt · q̃z preesse: quoniam ipsos maxime decet sanctitudo · vnde ⁊ in psalmo sancti specialiter appellant̄: et cōiugati mādata non transgrediatur: vt merito plebs domini ⁊ oues pascue eius debeāt nominari · ¶Immo uero ⁊ in nobisipsis · quoniam inde est nob̄ āplior sollicitudo tres istos ordines assignare solemus; plebem quidem intelligentes officiales fratres: qui exterioribus ⁊quasi popularibus negocijs occupant̄ · Atvero qui conuertunt̄ ad cor · ipsi sunt claustrales · quos nulla impedit occupatio: sed libere vacant · vt videant quoniā suauis est dominus · Super vtrunq; parietem pacem loquitur deus: quoniaz idem est ad quod tendūt · licz non eadem via · Est psalterium iocundum cum cythara · nec minus iocundus est sonus citharę · q̃z psalterij: licet hec ab inferioribꝰ reddat sonum: a superioribꝰ illud · Veruntamen optimam ꝑtem elegit maria · licet non minoris fortasse meriti sit apud deum humilis cōuersatio marthe: sed de electōe maria laudatur quoniam illa quidem omnino quod ad nos spectat eligēda: hec vero si minuitur patienter est toleranda · ¶Nam qđ interpoit̄ super sanctos suos · ad ꝑlatos pertinet: qbꝰ nimirū vtraq; vita necessaria est · Et ipsorum est vtriusq; prouidere et copulare sibi parietes e diuerso venientes: quoniam angularis lapidis qui est christus ihesus vicarij constituti sunt · ¶Nec dubium · quin lōge periculosior ceteris sit eorum administratio · Tamē si bene administrauerint graduz bonum sibi acquirēt · et maiorem abundantiaz et supereffluentem mensuram accipiēt pacis: vt de eis merito dicat̄: quoniam super sanctos pacem loq̃tur deus. Anvero dubitat quis q̃s dixerit sc̄tos? Audiat ysaiaz · Vos mq̃t sancti domini vocabimini ministri dei nostri · Propofueram exemplū aliquod dare quemadmodum ex sua ipsius consideratōne ad spūalem intelligentiam assurgere humanus debeat animus: sed necesse est in die alterum et sermonem alterum differe.

¶De vita et quinq; sensibꝰ anime.